


SACROSANCTUM
OECUMENICUM
CONCILIUM TRIDENTINUM,



ADDITIS
DECLARATIONIBUS CARDINALIUM
ejusdem Concilii Interpretum, ex ultima recognitione
JOANNIS GALLEMART,
NEC NON REMISSIONIBUS
AUGUSTINI BARBOSÆ,
ET ANNOTATIONIBUS PRACTICIS
CARDINALIS DE LUCA,
CUM VARIIS
ROTÆ ROMANÆ DECISIONIBUS.
EDITIO NOVISSIMA

EXACTIORE CORRECTIONE (QUAM UMQUAM ALIAS)
castigata; & mendis, quibus superiores Editiones scatebant, diligentissime expurgata.



SUPERIORUM PERMISSU.

MATRITI: Apud MICHAELEM ESCRIBANO, Acu-pictorum viâ.
M. DCC. LXXIX.

Sumptibus Societatis.



ON FELIPE, POR LA GRACIA DE DIOS Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Jerusalem, de Navarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Sevilla, de Cerdeña, de Cordova, de Corcega, de Murcia, de Jaen, de los Algarves, de Algecira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Indias, Islas, y Tierra Firme del Mar Oceano, Conde de Flandes, y de Tirol, &c. Al Serenissimo Principe Don Carlos, nuestro muy caro, y muy amado hijo: E á los Prelados, Cardenales, Arzobispos, y Obispos, y á los Duques, Marqueses, Condes, Ricos Homes, Priores de las Ordenes, Comendadores, y Subcomendadores, y á los Alcaydes de los Castillos, y Casas Fuertes, y llanas, y á los del nuestro Consejo, Presidente, y Oydotes de las nuestras Audiencias, Alcaldes, Alguaciles de la nuestra Casa, y Corre, y Chancillerías, y á todos los Corregidores, Asistente, Gobernadores, Alcaldes mayores, y Ordinarios, y otros Jueces, y Justicias qualesquier de todas las Ciudades, Villas, y Lugares de los nuestros Reynos, y Señoríos, y á cada uno, y qualquier de vos en vuestra jurisdiccion, á quien esta nuestra Carta fuere mostrada, salud, y gracia. Sabed, que cierta y notoria es la obligacion, que los Reyes, y Principes Christianos tienen á obedecer, guardar, y cumplir, y que en sus Reynos, Estados, y Señoríos se obedezcan, guarden, y cumplan los Decretos, y Mandamientos de la Santa Madre Iglesia, y asistir, y ayudar, y favorecer al efecto, y execucion, y á la conservacion dellos, como hijos obedientes, y protectores, y defensores della, y la que ansimismo por la misma causa tienen al cumplimiento, y execucion de los Concilios universales, que legitima, y canonicamente, con la autoridad de la Santa Sede Apostolica de Roma, han sido convocados, y celebrados. La autoridad de los quales Concilios universales fue siempre en la Iglesia de Dios de tanta, y tan grande veneracion, por estar, y representarse en ellos la Iglesia Católica, y universal, y asistir á su direccion, y progreso el Espiritu Santo. Uno de los quales Concilios ha sido, y es, el que ultimamente se ha celebrado en Trento, el qual primeramente á instancia del Emperador, y Rey mi Señor, despues de muchas, y grandes dificultades, fue indicho, y convocado por la felice memoria de Paulo III. Pontifice Romano, para la extirpacion de las heregias, y errores que en estos tiempos en la Christiandad tanto se han estendido, y para la reformation de los abusos, excesos, y desordenes de que tanta necesidad habia. El qual Concilio fue en vida del dicho Pontifice Paulo III. comenzado. Y despues, con la autoridad de buena memoria de Julio III. se prosignió; y ultimamente, con la autoridad, y Bulas de nuestro muy Santo Padre Pio IV. se ha continuado, y proseguido, hasta se concluir, y acabar, en el qual intervinieron, y concutrieron de toda la Christiandad, y especialmente de estos nuestros Reynos, tantos, y tan nobles Prelados, y otras muchas personas de gran doctrina, religion, y exemplo. Asistiendo ansimismo los Embaxadores del Emperador nuestro Tio, y nuestros, y de los otros Reyes, y Principes, Republicas, y Potentados de la Christiandad, y en él, con la gracia de Dios, y asistencia del Espiritu Santo, se hicieron en lo de la Fé, y Religion tan santos, y tan católicos Decretos: y ansimismo se hicieron, y ordenaron en lo de la reformation muchas cosas muy santas, y muy justas, y muy convenientes, y importantes al servicio de Dios nuestro Señor, y bien de su Iglesia, y al gobierno, y Politica Ecclesiastica. Y agora, habiendonos su Santidad embiado los Decretos del dicho santo Concilio impresos en forma autentica: Nos, como Católico Rey, y obediente, y verdadero hijo de la Iglesia, queriendo satisfacer, y corresponder á la obligacion en que somos, y si-

guien-

BULLA INDICATIONIS

SACRI OECUMENICI ET GENERALIS

CONCILII TRIDENTINI

SUB PAULO III. PONTIFICE MAXIMO.

PAULUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI.

Ad futuram rei memoriam.



Initio nostri hujus Pontificatus, quem non ob merita nostra, sed propter suam magnam bonitatem, Dei omnipotentis Providentia nobis commisit, cernentes jam tum, in quas perturbationes temporum, quotque incommoda rerum ferè omnia nostra Pastoralis sollicitudo, & vigilantia esset vocata, cupiebamus quidem mederi Christianæ Rei-
publicæ malis, quibus illa jam dudum vexata, & propemodùm oppres-
sa est; sed ipsi etiam ut homines circumdati infirmitate, ad tantum
onus tollendum impares vires nostras esse sentiebamus; nam cum pace
opus esse intelligeremus ad liberandam & conservandam à plurimis impendentibus periculis
Reipublicam, omnia invenimus odiis, & dissensionibus plena, dissentientibus præsertim
Principibus iis inter se, quibus summa rerum pœnè omnis à Deo permessa est. Cum unum
Joan. 10.
ovile, unum Pastorem Dominici esse gregis, ad integritatem Christianæ religionis, & ad
coelestium bonorum spem in nobis confirmandam, necessarium daceremus; schismatibus,
dissidiis & hæresibus erat Christiani nominis divulsa jam pœnè & lacerata unitas. Cum tutam
atque munitam ab infidelium armis, atque insidiis Reipublicam optaremus, nostris erratis,
nostraque cunctorum culpa, Dei videlicet iræ peccatis nostris imminente, Rhodus fuerat
amissa, Hungaria vexata, conceptum & meditarum contra Italiam, contraque Austriam,
& Illyricum terra marique bellum: cum impius & immitis hostis noster Turca nullo tem-
pore requiesceret, nostrorumque inter se odia, & dissensiones suam benè gerendæ rei
occasionem duceret. Igitur, ut dicebamus, in tanta hæresum, dissensionum, bellorumque
tempestate, tantisque excitatis fluctibus, cum essemus ad moderandam, & gubernandam
Petri naviculam vocati, nec viribus ipsi nostris satis fideremus, primum coniecimus in
Domino cogitatus nostros, ut ipse nos nutrirer, animumque nostrum firmitate & robore,
Psal. 54.
mentem consilio sapientiaque instrueret; deinde animo repetentes majores nostros, sa-
pientia admirabili & sanctitate præditos, sæpè in summis Christianæ Reipublicæ periculis re-
medium optimum, atque opportunissimum, œcumenica Concilia, & Episcoporum generales
conventus adhibuisse; ipsi quoque animum ad generale habendum Concilium adjecimus;
exquisitisque Principum sententiis, quorum nobis videbatur utilis in primis, & opportuna
ad hanc rem esse consensio; cum eos tunc non alienos ab hoc tam sancto opere invenis-
semus, œcumenicum Concilium, & generalem eorum Episcoporum aliorumque Patrum,
ad quos pertineret, conventum in civitate Mantuæ indiximus, anno Incarnationis Domini,
sicut litteris & monumentis nostris testatum est, millesimo quingentesimo trigésimo sep-
timo, Pontificatus nostri tertio, ad X. Kalend. Jun. inchoandum; spem propè certam haben-
tes, fore, ut cum illic in nomine Domini essemus congregati, ipse, sicut promissit, Domi-
nus in medio nostram afflaturus, & bonitate ac misericordia sua omnes temporum pro-
cel-

SACROSANCTI
OECUMENICI ET GENERALIS
CONCILII TRIDENTINI
SESSIO PRIMA

SUB PAULO III. PONTIFICE MAXIMO
celebrata die decimatertia mensis Decembris, anno Domini
millesimo quingentesimo quadragesimo quinto.

Decretum (1) (2) (3) (4) (5) (6) de incobando Concilio.*

PLACET ne vobis, ad laudem & gloriam sanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ad incrementum & exaltationem fidei & religionis Christianæ, ad extirpationem hæresum, ad pacem & unionem Ecclesiæ, ad reformationem Cleri & populi Christiani, ad depressionem & extinctionem hostium Christiani nominis, decernere & declarare, sacrum Tridentinum & generale Concilium incipere, & inceptum esse? *Responderunt*, Placet.

Indictio futuræ Sessionis.

Et cum proxima sit celebritas Nativitatis Domini nostri JESU CHRISTI, & subsequantur aliæ festivitates labentis & incipientis anni; placet ne vobis primam futuram Sessionem habendam esse die Jovis post

Epiphaniam, quæ erit septima mensis Januarii, anno Domini M.D.XLVI? *Responderunt*, Placet.

REMISSIONES.

(1) *An Concilium generale abique auctoritate Summi Pontificis celebrari possit?* Negat Bobadilli. in sua Politic. lib. 2. cap. 18. n. 124. ubi etiam resolvit, quod licet Principes seculares non possint illud convocare, possunt tamen per suos judices ad illius agere observantiam.

(2) *An Summus Pontifex possit dispensare super Concilio?* Affirmant, si de eo faciunt expressam mentionem; & non sufficere clausulam derogatoriam generalem, Coll. in Memor. verbo clausula non obstante. Rebuff. in Ausb. Habita, verb. Examinatione, pag. 580. cum seq. c. Ne filius pro patre, & in Praxi Benef. tit. de Dispensat. super defectum natal. n. 24. Gutierr. Praxi. l. 3. q. 17. n. 231. Aloys. Ricci. in collect. Decis. p. 4. collect. 1367. prop. fin. P. Henric. in Summ. lib. 13. cap. 57. §. 1. Zerol. in Praxi Episc. part. 1. verb. Absolutio, vers. Dico 5. ibi, sed ad hoc respondeat p. 5. Flores Vari. l. 1. q. 10. n. 50. Stephan. Gratian. Discip. Forens. cap. 397. d. n. 33. Fr. Emman. Quæst. Reg. tom. 1. q. 8. art. 20. & tom. 3. q. 36. art. 1. & q. 39. art. 4. P. Apor. Instit. Moral. p. 2. lib. 5. cap. 14. col. 574. P. Valer. Reginald. in Praxi fori poenit. lib. 1. n. 7. & quod consuetudo Concilii tacite continet clausulam derogatoriam, & propterea et non derogetur per clausulam generalem, resolvunt Caputaq. p. 1. decis. 268. Verald. decis. 178. Aloys. Ricci. in collect. Decis. p. 4. col. 849.

(3) *An Episcopus contra Concilium dispense expressè, vel tacite?* Negant gloss. in cap. Cum dilectus, verb. In alic, de

INDEX
LIBRORUM PROHIBITORUM
EX CONCILII TRIDENTINI PRÆSCRIPTO,
AUCTORITATE PII IV. PRIMUM EDITUS, POSTEA VERO
à Sixto V. auctus, demùm Clementis VIII. jussu recognitus.

Additis regulis, ac exequendæ prohibitionis ratione.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sacrosanctum Catholicæ Fidei depositum, sine quo Deo placere, aut æternam salutem consequi nemini licet, ut saluum in Ecclesia Dei perpetuò conservaretur, posterisque inviolatum traderetur, pastoralis Romanorum Pontificum vigilantia, summo semper studio & contentione laboravit. Ipso enim à Christo Domino, hujus tam pretiosi depositi auctore, & illud fideliter custodiendi, & bonum semen patrifamilias, ab inimici hominis zizaniis discernendi, & Ecclesiam salutaris doctrinæ ædificandi, præcipuam curam, summamque potestatem in Beatissimo Petro Apostolorum Principe acceperunt. Quocirca sanctæ memoriæ Gelasius Primus, & Gregorius IX. alique complures Romani Pontifices, Prædecessores nostri, zelo zelati pro domo Domini exercituum, ut hanc Fidei Catholicæ, doctrinæque integritatem, salvam incorruptamque in Ecclesia Dei retinerent, Apostolici animi magnitudinæ, pro muro domus Israel, adversus ejusdem Fidei hostes se ipsos opposcentes, ne illorum dolis & insidiis imprudentes & simpliciores homines caperentur, lucem à tenebris, prava à rectis sejunxerunt, quæ sequenda, quæ cavenda essent, Christi fidelibus declarant, probatos, laudabiles, orthodoxos libros ab

adulterinis, perniciosis & apochryphis singulari diligentia distinxerunt; postremò hæreticorum impia dogmata, & noxia, ac venenata scripta, Conciliorum decretis, Pontificiis constitutionibus, aut alio opportuno censuræ genere condemnarunt. Sed cum nostris hisce calamitosis, & novissimis temporibus, antiquus humani generis hostis, à sua malitia numquam recedens, ad eandem Catholicam doctrinam, & veritatem labefactandam pestiferas hæreses, & detestabiles errores, aut novos conflasset, aut veteres ex inferis excitasset: sacra Tridentina Synodus pestilentem noxiorum librorum copiam, quæ plus nimio excreverat, coercere atque auferre cupiens, primum quidem doctissimos aliquos viros delegit, qui de tota ea re cognoscerent, & deliberarent: deinde verò, cum ii in negotio non parùm progressi essent, justis de causis, eadem Synodus permota, ad ipsam Apostolicam Sedem, integram rem deferendam statuit. Itaque felic. record. Pius Papa IV. Prædecessor noster, qui tunc ad Ecclesiæ gubernacula sedebat, Prælati quibusdam, doctrina & prudentia præstantibus, adhibitis, Indicem librorum prohibitorum, & regulas quasdam per suas litteras in forma Brevis, promulgavit, & ejusmodi noxiorum librorum detrimentis

de-

A P P E N D I X

S I V E

ANNOTATIONES PRACTICÆ

A D

SACRUM CONCILIUM TRIDENTINUM

Eminentissimi & Reverendissimi D. D.

JOANNIS BAPTISTÆ

CARDINALIS DE LUCA,

IN REBUS CONCERNENTIBUS

REFORMATIONEM, ET FORENSIA.